

Cap. LXXXIII. De pastinatu terre et arborum
et de empzione possessionum.

Taliter statuimus quod nulla persona¹⁾ civis vel habitatrix
Tergesti debeat pastinare vel facere pastinari vel labo-
172 A rari ad medietatem aliquam terram // vel vineam forensium 5
positam extra districtum Tergesti, sub pena decem libr. par.
et amittendi dictam vineam et fruam sic laboratam vel pasti-
natam, et acusator habeat tertium condempnationis; et si per-
sona condempnata non habuerit unde solvere, stet in carceri-
bus comunis suis expensis, donec solverit. ¶ Insuper volumus 10
quod nulla persona civis Tergesti emere possit nec in pignore
vel alio modo accipere vineas aliquas extra districtum Ter-
gesti positas, sub pena solvendi duplum comuni dicte emp-
tionis vel inpignorationis, nec etiam vinum ipsarum vinearum
conducere possit in civitatem vel districtum Tergesti sub pena 15
decem libr. par. et amittendi vinum. ¶ Et nulla persona sit
ausa pastinare vel facere pastinari aliquam terram seu silvam
a pontibus Gorgis inferius usque ad mare salsum, nec etiam
infra rivos contracte sancte Sabate et contratte Ysele, sub pena
centum libr. par. pro quolibet labore vinearum vice quali- 20
bet contrafacta. ¶ Et nichilominus id quod deinceps, videlicet
a millesimo trecentesimo tregessimo sexto indictione quarta,
de mense ianuarii in antea pastinatum fuerit vel pastinaretur,
destruatur [et] destrui debeat per comune vel aliam personam
volentem. ¶ Et si qua persona pastinavit infra dictos confines 25
usque ad supradictum millessimum aliquam terram, teneatur
et debeat [comparere] coram potestate et iudicibus Tergesti
172 B infra octo dies a die // circumcissionis in antea sequenti post
dictum millessimum, fatiendo perticare per extimatores co-
munis dictas terras sic pastinatas, et ipse terre sic pastinate 30
et perticate scribantur in uno quaterno comunis ad hoc de-
putato, qui ponatur in sacrestia comunis, et hoc sub pena
centum libr. par., et acusator habeat medietatem condempna-
tionis facte ex sua acusa. Salvo quod quolibet persona, que pa-

¹⁾ Aggiunta marginale.